



REGES LATINI (I)

rēx rēgis *m* = vir quī rēgnat
igitur = itaque

senex -is *m*

annus -ī *m*

XXX = trīgintā (30)

at = sed

officium agere = facere

uxor -ōris *f*

miles -itis *m*civis -is *m/f*

urbs urbis *f* = magnum oppidum

Rōmulus in rēgiā sedet. Is sōlus est: Rōmulus sōlus rēgnat. Prīmum Rōmulus cum Titō Tatiō, rēge Sabinōrum, rēgnābat, deinde inimīcī Titum in bellō necant. Rōmulus igitur ūnus rēx Rōmae est. Is iam senex est –senēs nōn paucōs, sed mul- 5
tōs annōs habent. Ante XXX annōs Rōmulus nōn erat senex, sed puer, neque rēx erat Rōmu-
lus, at pāstor: is officium pāstōris agēbat, nunc autem Rōmulus officium rēgis agit. Tunc Rōmu-
lus uxōrem nōn habēbat atque sōlus erat; nunc is 10
cum Hersiliā habitat: ea est uxor Rōmulī.

Etiam rēgēs, ut pāstōrēs, multa officia habent: vīta pāstōrum ardua erat, at vīta rēgum tranquilla nōn est! Ante XXX annōs Rōmulus vaccās cūrā- 15
bat atque pāstōrēs ad campum dūcēbat, sed nunc
cīvēs cūrāt –cīvēs sunt virī Rōmānī et fēminae Rōmānae– et mīlitēs ad bellum dūcit. Mīlitēs arma habent atque urbem cūstōdiunt ut pāstōrēs vaccās cūstōdiunt. Pāstōrēs in campō habitant, 20
sed rēx in urbe habitat cum cīvibus.





Militēs autem neque in urbe cum cīvibus neque in campō cum pāstōribus, sed in castrīs habitant atque extrā urbem bellum faciunt. Castra magna sunt: nōn ūnus mīles, sed multī mīlitēs in castrīs habitant! Nec in urbe ūnus cīvis habitat, sed multī cīvēs, nam Rōma est urbs magna: Rōmulus est rēx magnae urbis multōrumque cīvium. Is igitur nōn ūnum mīlitem, sed multōs mīlitēs habet: Rōmulus est dux multōrum mīlitum.

- 30 Ecce Rōmulus ā rēgiā discēdit et ad castra venit: dum rēx mīlitēs salūtat, foeda tempestās cum magnō fragōre subitō venit atque caelum occultat, campum turbat, cīvēs Rōmānōs terret! Etiam mīlitēs tantam tempestātem tantumque
35 fragōrem timent! Tunc nūbēs Rōmulum occultant eumque ad caelum tollunt. Mīlitēs perterritī clāmant neque iam rēgem vident... Post tempestātem rēgia vacua est! Rōmulus enim, ā deō nātus, ā terrā discēdit atque ad deōs ascendit.
40 iam nōn Rōmulus, sed Quirīnus est.

castra -ōrum *n pl*dux ducis *m*
quī mīlitēs ducit

discēdere ↔ manēre

extrā + *acc*in + *abl*ad + *acc*ā + *abl*

foedus -a -um ↔ pulcher -ra -rum

tempestās -ātis *f*

tantus -a -um = tam magnus

fragor -ōris *m*

terrere

nūbēs -is *f*

vacuus -a -um ↔ plēnus -a -um

ā deō nātus = fīlius deī



REGES LATINI (II)

Mors Rōmulī Rōmam turbat: urbs sine rēge erat et mīlitēs sine duce, atque multī hostēs circā urbem habitābant eamque oppugnābant! Neque senātōrēs cīvēs cūrābant, nam rēgnūm Rōmulī
 45 cupiēbant atque inter sē certābant. Post mortem Rōmulī nōn ūnus rēx, sed centum rēgēs in urbe rēgnābant! Post annum vērō cīvēs irātī rēgnūm senātōrum recūsant atque novum rēgem inter Rōmānōs quaerunt.


50 Eō tempore habitābat in urbe Numa Pompilius, vir iūstus et religiōsus: Rōmānī eum rēgem creant. Rēx Numa Rōmam tamquam novam urbem condit: Rōmulus bellum cūrābat atque hostēs Rōmae oppugnābat, Numa autem pācem
 55 cūrāt atque lēgēs creat. Is quoque kalendārium et sacra Rōmāna cōstituit –Ēgeria nymp̄ha Numam in sacrīs iuvat.



mors mortis *f* ↔ vīta

sine + *abl* ↔ cum + *abl*

hostis -is *m/f* = inimīcus patriae



circā + *acc*



cupere

certāre = pugnāre

vērō = autem

recūsāre ↔ cupere

eō tempore = tunc

tempus -oris *n*

lēx lēgis *f*



vir iūstus

religiōsus -a -um < religiō

pāx pācis *f*



kalendārium -ī *n* sacrum -ī *n*

nymp̄ha -ae *f* = dea quae in silvīs habitat

sacerdōs -ōtis *m/f*

validus -a -um

glōria -ae *f*

bellicōsus = quī bellum amat
māximē = multum

ōtium -ī *n* ↔ officium -ī *n*

Inter cīvēs Rōmānōs Numa sacerdōtēs multōs creat: ante Numam Rōmānī mīlitēs erant et tantum bellum cūrābant, nunc autem iī etiam sacerdōtēs sunt neque religiōnem neglegunt. Cum Numā igitur Rōma urbs valida est, nōn solum in bellō, sed etiam in pāce.

Post mortem Numae interrēgnum est –interrēgnum est tempus inter rēgēs. Deinde populus Rōmānus Tullum Hostīlium rēgem creat: is erat vir validus et bellicōsus, glōriam māximē cupiēbat atque ōtium recūsābat, neque pācem cūrābat, sed, ut Rōmulus, bellum semper quaerēbat.



REGES LATINI (III)

Tullus, rēx tertius Rōmānōrum, vir maximē bellīcōsus, oppidum Albam Longam, patriam Rōmulī et Remī, oppugnat. Albānī et Rōmānī nōn in magnō bellō certant, at novam pugnam cōstituunt sine magnīs proeliīs, sine morte multōrum mīlitum. Eō tempore inter Albānōs et Rōmānōs erant frātrēs trigeminī: Horātiī erant Rōmānī, Albānī Cūriātiī erant: iī arma prō patriā capiunt atque inter sē pugnant.



trigeminī =
trēs frātrēs

arma prō patriā capere (pro + abl)
= patriam armīs custōdīre
proelium -ī n = pūgna in bellō



vulnerātus -a -um

tantum = solum



ager agrī m

per + acc →

singulātīm adv = prīmum ūnum,
deinde alterum, postrēmō tertium
interficere = necāre
citō adv

Proelium inter trigeminōs arduum est, sed brevī tempore frātrēs Cūriātiī duōs Rōmānōs necant. Iam ūnus Horātius tantum vīvus est. Is vērō bene valet, Cūriātiī autem vulnerātī sunt. Tunc Horātius, cīvis Rōmānus, sōlus ante Cūriātiōs, dolum parat: per agrum subitō currit et frātrēs Cūriātiōs dīvidit, itaque eōs singulātīm oppugnat. Iam Horātius prīmum Cūriātiū petit, et Albānī clāmant: «Heus, Cūriātiī! Currite! Frātre m iuvāte! Rōmānus eum oppugnat!». At Rōmānus eum statim interficit, secundum Cūriātiū citō petit eumque necat!



Iam proelium inter duōs mīlitēs est, nam ūnus
Cūriātius tantum resistit! Horātius ad eum cu-
rrit atque clāmat: «*Ī in malam rem cum frātribus*
tuīs!». Sic tertius Cūriātius mortuus est atque
95 Rōmānī Albānōs vincunt.

Cum magnō gaudiō cīvēs Rōmānī Horātium ac-
cipiunt eumque laudant. Tunc rēx Tullus oppi-
dum Albam Longam dēlet, ducem Albānōrum
interficit atque cīvēs Albānōs ad urbem Rōmam
100 dūcit. Crēscit igitur urbs, crēscit quoque popu-
lus Rōmānus. Post paucōs vērō mēnsēs pesti-
lencia urbem capit: rēx Tullus maximē aegrōtat
atque post longum morbum mortuus est. Tunc
senātōrēs interrēgnum cōstituunt atque comitia
105 habent: populus Rōmānus Ancum Mārcium rē-
gem creat. Is circā urbem mūrū et fossam facit
atque pontem in fluviō –fluviū Tiberis per ur-
bem Rōmam fluit; cīvēs per pontem ambulant.
Ancus quoque carcerem aedificat atque oppidum
110 Ōstiam condit: in eō oppidō est portus Rōmae.

comitia -ōrum *n pl*

ī sg, īte pl (imperātīvus īre)

malus -a -um ↔ bonus

in malam rem īre : ad mortem īre

sīc = hōc modō

gaudium -ī *n* = laetitia (< laetus)

dēlēre = dēstruere (↔ aedificāre)



pestilentia -ae *f* = morbus -ī *m*

comitia habēre = comitia facere




pōns pontis *m*



carcer -eris *m*

= cūstōdia

aedificāre = aedificium facere



portus *m*